



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum ita possit dici vnus Deus trium personarum, vt dicitur vna essentia
trium personarum: & tres personæ vnius diei, vt tres personæ vnius
essentiæ. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

differētes autem proprietatibus. Vnde Aug. super locum pertaxatum psalmi ait: Quæris quid sit pater? Respondetur, Deus. Quæris quid sit filius? Respondetur, Deus: Quæris quid sit pater & filius? Respondetur Deus. De singulis interrogatus, Deū responde. De utroq; interrogatus, non Deos sed Deum responde. Non sic in hominibus: Tanta enim est ibi substantiæ vnitas, vt æqualitatem admittat, pluralitatem nō admittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cum dicis filium Dei esse quod pater est, profecto filius pater est: Responde, secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est, nō secundum id quod ad aliud dicitur. Ad se enim dicitur Deus, ad patrem dicitur filius. Rursumq; pater ad se dicitur Deus, ad filium Deus dicitur quod dicitur ad filium pater, non est filius: quod dicitur filius ad patrem, non est pater: quod dicitur pater ad se, & filius ad se, hoc est pater & filius idem, id est Deus.

Tom 8. in
explanatio-
ne 68. Psal.
versu 2.

Ibidē paulo
inferius, 2.

Vtrum ita possit dici, vnus Deus trium personarum vel tres personæ vnus Dei, vt dicitur vna essentia trium personarum, & tres personæ vnus essentiæ. E

Hic considerandum est, cum Deus sit diuina essentia, & ita dicatur vnus Deus esse tres personæ, sicut vna essentia dicitur tres personæ: vtrum ita valeat sane dici, vnus Deus trium personarum, vel tres personæ vnus Dei: sicut dicitur vna essentia trium personarum, & tres personæ vnus essentiæ? In his locutionibus scripturæ vsus nobis æmulandus videtur, vbi frequēter reperitur ita dictū: Vna est essentia trium personarū, & tres sunt personæ vnus essentiæ: nusquam autem occurrit legisse, vnus Deū trium personarū, vel tres personæ vnus Dei. Quod ideo puto S. doctores vitasse, ne ita fortē acciperetur in diuinis personis, vt accipitur, cū de creaturis simile qd dicitur. Dicitur n. De^o Abrahā, Isaac, & Iacob: & De^o omnis creaturæ. Quod vtique

quæ dicitur propter principiū creationis vel gratiæ priuilegium, & creaturæ subiectionem vel seruitutem. Cum ergo in Trinitate nihil sit creatum, vel seruiens, vel subiectum, non admisit fides in Trinitate talem locutionis modum. Ita etiam e converso non dicitur de Dei essentia, quod ipsa sit essentia Abraham, Isaac, & Iacob, vel alicuius creaturæ: ne creatoris & creaturæ naturam confundere videamur.

Quod licet potentia, sapientia, bonitas de Deo secundum substantiam dicantur in scriptura: tamen solent hæc nomina distinctè ad personas interdum referri.

Ex prædictis cõstat, quod sicut essentia, ita potētia, sapientia, bonitas de Deo dicuntur secundū substantiam. Quæ autem secundum substantiam de Deo dicuntur, tribus personis pariter conueniunt. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas patris & filii & spiritus sancti: & hi tres eadem potentia, eadē sapientia, eadem bonitas. Vnde aperitur in Trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia, vel sapientia, vel bonitas, non esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas, rectè dicitur & creditur summum bonū. Cūq̄ vnum & idē penitus sit in Deo potētia, sapientia, bonitas: in sacra tamē scriptura frequēter solēt hæc nomina distinctè ad personas referri, vt patri potētia, filio sapientia, spir. sãcto bonitas attribuat, q̄ quare fiat, nō est otiosum inquirere.

Quare id fiat scilicet quod patri potentia filio sapientia attribuat. G

Id ergo sacri eloquii prudentia facere curauit, nè Dei immensitatem similitudine creaturæ metiremur. Dixerat enim scriptura sacra, quia Deus pater est, & quod De⁹ fili⁹ est: & audiuit hoc homo qui hominē patrē viderat, Deū patrem nō viderat: